



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 3. Est Deus vita animæ, quo discedente moritur, nec opera vitæ valet exercere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

§. 3. Est Deus vita anima, quo discedente mo-  
ritur, nec opera vite valet exercere.

**S**æpè sumerò declarat D. Aug. huius vim ra-  
tionis, supposito quodam principio, quod sub-  
tiliter expendit D. Basil. a. quo D. Aug. b. vi-  
tur nimirum. Sicut vita corporis anima est, ita  
vita anima Deus est, hoc idem est Deus anima,  
quod anima corpori. Quid tribuit anima corpori  
ei principium est omnis boni, dat illi vitam, mo-  
tus, sensus: ex illa sanum est ac robustum, in pe-  
des se erigit, ambulat, comedit, bibit, videt, audit,  
olfacit, discedente anima, quale heu manet quàm  
perditum, quàm infelix? Nulium in eo est opus  
vite, nec paruum, nec magnum, omnia cooperuit  
vmbra mortis tristissima. Musices allide eius au-  
tipes instrumenta, omnes concinant omnium  
cantatorum ac cantatricum phosæ: auribus ap-  
pore fragrantissima aromata: oris ingeras nectar,  
condituras, obsonia: eius accède oculis: mnes fa-  
cesse nihil audit, nihil olfacit, nihil sapit, nihil vi-  
det, nihil in eo repe. res, nisi fœtorem, vermes,  
corruptionem: oculos habet, & non vadet, manus,  
& non palpat, pedes, & non ambulat, nervos, &  
enerve languet, ad terram prostratum, emor-  
tuum, putridum. Quando Deus animam incolit,  
tribuit illi vitam: intrare Deum in animam, est in-  
illam ingredi spiritum viuificantem: Et dixit tibi  
vive. Ex eo quod illi suam det gratiam, hæc au-  
tem ea est, quæ vitam infundit, quæ omnem ex-  
cedat vitam: vitam æternæ vite principium. Gra-  
tia Dei vita æterna. Vite principium diuina, &  
eminentissima.

Hoc principio informata, potest opera facere  
vitalia, intelligo, opera vite æternæ proportiona-  
ta opera vite æternæ: forma, ieiunia, oratio-  
nes, eleemesinas, disciplinas, labores, infirmita-  
tes &c. hæc omnia sunt ei opera vite, eo modo  
concludit D. Paul. *Diligentibus Deum omnia coo-  
perantur in bonum. Qui sunt hi? qui Deo adhæ-  
rent, qui per amorem Deo viuunt, qui Deum  
secum habent vitium volumati, vnum quod cum  
eo efficiuntur. Qui adhæret Domino vnus spiritus  
est. Quàm fructuosa sunt habetibus Deū ieiunia,  
orationes, eleemesinæ &c. quàm vtilis D. Petro  
erux: D. Paulo gladius: D. Stephano lapides? D.  
Lauretio craticula? D. Catharina nouacula?  
D. Christinæ serpentes? D. Priscæ leones?  
Omnia cooperantur in bonum. At ô animam inau-  
spicantam quando eam deserit Deus: cui vita fi-  
nitur, & mortua remanet, et corpus, anima dis-*

cedente: quidquid in ea fuerat: mortuum cœ-  
ruit, ieiunia, confessiones, communiones, eleemes-  
inæ mortificantur, vitam perdidit, quam  
illis tribuebat gratia, Deique presentia: eique  
quanto tempore hoc in statu mortua perseuerat,  
ne p̄lo quidem valent hæc omnia ad vitam æter-  
nâ promereri. *Si auerterit se, iustus & iustitia sua  
& fecerit iniquitatem &c. omnes iustitia eius, quas  
fecerat, non recordabuntur.* Cuncta moriuntur ac  
pereunt. Hoc suppone; quod in ordine ad vitam  
æternæ præmium, sunt quasi nunquam a cœ-  
fuisissent, quoad durat peccatum, quod illa mor-  
tificat ac perdit. O dolor! ô gemites! quàm in-  
fœtose deploras campum fertilissimum, melle-  
ditissimum, arundines habentem vt lanceas,  
spicas, vt pentum, id est, vt lini manipulum  
colo aggestum, qui in sila capitur: ingruit du-  
rissima grando, mœrem conterit, nihil restat  
illæsum. Quam dolenter compateris orto con-  
feto arboribus, ac singulis suis fructibus gravidis,  
gratis, maturis, Regia mensâ dignissimis, super-  
cidit grando lapidea, cuncta dissipat, omnia desi-  
gurat.

Væ tibi, plange lugubre super animam tuam,  
tot meritis fertilem sanctissimam, tot pijs operibus  
venustissimam, opulentis virtutum fructibus fe-  
cundam; irruente enim peccato, ob quod Deus  
eam deserit, ac discedit, omnia dissipantur, om-  
nia eruntur, & sine Deo, emoritur anima tua, vt  
opera vite nulla possit efficere: ieiunia, lege re-  
sarium, corpus flagellis contere, sacris interis, om-  
nia tua pariteris distribu: omnia hæc, sine Dei  
gratia, docet Apostolus: *Nihil mihi profunt.* Bona  
sunt hæc opera, & bonum est, vno aliquoties  
necessarium; vt illa facias, studeat licet ha-  
reticus; & ad multa tibi sunt vt ilia, quorum fructus  
copiosos, alio loco referemus: at cum sit anima  
exanimis sine gratia, cœ Deo discessum, non sunt  
opera vite, proinde ad vitam æternæ præmium  
nihil profunt assequendum.

Recolenda venit nobis illa ratio natus Summi  
Sacerdotis Heli, vxoris Phinees, dū partus dolo-  
ribus anxietur. Accurrit ex acie miles fugitiuus,  
graves excitat ululatus ob arcem fœderis captam  
a Philistinis. Audit illa, & subito partus obruta  
cruciatibus adeo granibus, vt ad extremam mor-  
tam tendere ac animam exhalare videretur, Allege-  
perit. filium: eam obstetrix solatur. Euge-  
ta. age Domina, sume animos, modo tempus est:  
*Ne timeas: quia filium peperisti:* Auro primo pul-  
chriorem. O filium sinistro sidere natum, exclam-  
mat illa vocatque eum *Ishabod* quia a nobis  
discessit arca fœderis Domini. *Ishabod.* He-  
brai.

Exech. 18: 24.  
1. Cor. 13: 2.

braicè significat *Ingloriam, aut sine gloria*. Huc filium etiam mortalibus doloribus enixum, vocat: *Inglorium*: non enim æquum est, ut gloriâ fulgeat ille, qui eâ natus est horâ quâ à vobis discessit arca fœderis Domini, quam omnis gloriâ nostrâ dicimus principium: *Vocavit puerum Ichabod, dicens: Transiit a se gloria de Israël*. O admirabile mysterium, quod optimè nostro consonat proposito. O Anima num discessit à te arca Dei? Num es sine Deo? Parere potes multos in doloribus ac ærumnis filios, multa potes præstare bona opera penitentia, ieiunia, corporis castigaciones, vigiliâs, & quicquid tibi placuerit, boni sunt in se hi filij, ad multos præclaros in te effectus: tamen illos vocato *Ichabod, sine gloria*, quia per illos nullam mereris gloriam, nullam consequeris æternam beatitudinem: non sunt enim filij vitales, opera vitæ, cum illis deficiat anima, sine qua opera vitæ non possunt exerceri. An hac maior dari potest infelicitas? quis lætus, quod tot præclarissima cernas opera in Romanis, tanta in Philosophis, tanta virtutum exempla in doctoribus Socrate, Pythagora, Seneca, sed nec ipsis hæc omnia profuerunt, ut illis vel atomum gloriæ in altera vitâ consequerentur: quia non erant opera vitæ, quippe quibus principium vitæ, nimirum Dei gratia deficiebat.

Eo vero modo merito vocari possunt steriles, quæ phrafi Deus præcepit Hieremie, ut indignitater Regem lecontiam: *Hæc dicit Dominus: scribe virum istum sterilem: Qui hoc ô Domine: cum filios genuerit: & duabus lineis autè, ita quoque dixerat idem Propheta, & sic scribitur: Verum approbo filios gentium: ut erunt sine Regno, sine dignitate Regali, ut nullus eorum ad coronam eleuetur, nullus sceptrum teneat dominationis, proinde licet filios producat, scribe virum istum sterilem. Et hoc idem significavit Deus his verbis: *Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur, Sterilis enim: qui licet multâ prole succundetur: regiam tamen non obtinebunt dignitatem, in patrios minget cineres. Et de causa, omnia virtutum opera, nata extra Deum, Dei que gratiam, scribe opera sterilia: quia inaspicata sunt, in altera vitâ non prosperabuntur, ubi præmium iustum meritis distribuetur, sed illo præiudicantur, & coronâ gloriæ æternæ censebuntur indigna. Talia erant opera steriliùm illorum Pharisæorum! quæ licet secundum speciem essent bona, tamen sine vitâ erant gratia: quia Deum non habebant, qui per gratiam eorum animabus inhaereret. Sed neque eadem de causa, ô**

flagitiosissime, tibi proderunt ad gloriæ meritum hæc omnia quæ agis (licet necessarium dixerim ac vile ea ijs te exerceat ob alias rationes, ac obligationes) cum ita sit, quod si tecum esset Deus, ob scyphum aquæ, micam panis, vinum sulphurium &c. æternam beatitudinem lucrateris. *Quod momentaneum est, leuis est &c. æternam gloria pendens operatur in nobis. De quibus aliâs dicimus.*

§. 4. Anima per peccatum mortua, opera vitæ non potest exercere. & quæ bona facta, filij sunt producti in servitute. Patet quoque quod peccatum sit locus stultitiæ, iracundiæ, irubigo, de quibus Isai.

**H**Oc Deus declaravit in lege præscripta Moysi: quæ licet secundum corticem exteriorum politum populi spectaret, sensu tamen spiritali mysterijs searet admirandis, & vtilioribus nobis documentis, ita docente Apostolo. Præscribit Deus in monte Sina legem, ac præcipit decalogum, voce ita cauta, ut eam iedû Moyses & Aaron intelligerent, qui montis ascenderant altiora, sed & ipse populus ad montis radices castra metatus. Deinde ait Moysi, ut Aaron omni hæc populus, quisque ad sua redeat tabernaculâ, ipse verò montis cacumen solus conscendat, utique Deus Moysi legem intumaret exortus est, à præceptis iudicialibus, & ut punicerium statuit illud, quod tãgit venditionem seu emptionem in servos aut eius qui à parentibus esset in servum venundatus.

Notar D. Thom. cum temporis licuisse parentibus, imò etiam viris ducere filios suos, aut filias suas, imò & seipos. Sed cum Deus, qui legitimus erat populi illius Dominus, illum eduxisset de servitute Ægyptiaca, & in libertatem vindicasset: soluit quemquam vendi in perpetuam servitutem, proinde tempus statuit septennij servitutis. Considerat Rupert. quod Deus illud tangere videatur quod Iacob egit cum amiculo suo Laban, qui licet duabus vicibus se ut servum Labano obligaret, ea conditione, ut in uxorem acciperet pulcherrimam illam Rachel, nunquam septennij tempus excessit, ita quoque Deus sancivit, ut dum quis se in servum venundaret, aut pater filium, non ultra septennium servitus extenderetur: anno verò septimo servitus solueretur, & quisque liber

II. Opera bona facta in mortali, sunt filij inglorij.

Hierem. 22. 30.

4. Reg. 24.

III. Peccator dicitur vir sterilis.